

**clangĕre.** *uerb. intr., tr.* **FORMA perf.** clangui VULG Num 10.4., \*clanxi<sup>FORC</sup>; *dep.* ISID Nat 6.4. **ETYM** ab onomatopoeiae radice KL- uariis extentionibus praedita, quae sonitum dare significaret<sup>POK</sup>, κλαγγή, κλάζειν. **DLAT** clangor, reclangere. [**FREQ** humilis 47<sup>indicia</sup> 3<sup>/d.c.m.</sup> 170-86 ACC] uocabulum scriptis litterariis omne genus praeter satiricos aptum, praecipue narrando si numerum uideas, at pro rata parte lyricis et dramaticis, et uersu et prosa; usibus mediis doctisque; inde ab initiis, semel tantum, inuenitur, tardum in regre-diendo sed in fine Antiquitatis abundatius.

| VARIATIO    |              | indicia | p <sup>/d.c.m. subc.</sup> |
|-------------|--------------|---------|----------------------------|
| OPERUM      | exponendo    | 1       | 0,34                       |
|             | narrando     | 37      | 6,8                        |
|             | argumentalis | 6       | 0,93                       |
|             | dramatica    | 1       | 2,2                        |
|             | lyrica       | 2       | 7,1                        |
| DIACHRONICA | III-II aec.  | 1       | 2,5                        |
|             | I-II ec.     | 4       | 1                          |
|             | III-V ec.    | 42      | 4,8                        |
| DIAPHASICA  | media        | 43      | 3,3                        |
|             | docta        | 4       | 1,9                        |
| DIATRATICA  | litteraria   | 47      | 3,6                        |
| MODUS       | prosa        | 39      | 2,8                        |
|             | uersu        | 8       | 4,1                        |

¶ **a1** *fremere, crepere seu stridere • resonar, producir un ruido estridente o chillar* [TROP sonare SIM ↗personare] 170-86 ACC Trag 573. Simul et circum magna sonantibus excita saxis suaui sona echo crepitu clangente cachinnat. 348-405 PRUD Cath 10.114. Quid turba superstes inepta clangens ululamina miscet? 𐌺𐌹𐍄 GLOSS 4.491.58. clangit personat.

*ad buccinam uel tubam maxime pertinuit, quippe cum sonum terribilem darent proelium nuntiantes • estuvo claramente identificado con el la trompeta, indicando la acción de emitir un sonido que resulta terrorífico porque anuncia el inicio del combate* [TROP sonare DOM buccina, tuba] 80-90 STAT Theb 4.341. horrida clangunt signa tubae. 200 VET Am 3.6. si clanget tuba in ciuitate et populus non expauescet. 390-406 VULG Iudith 15.3. filii Israhel fugientes illos descenderunt clangentes tubis et ululantes post ipsos.

*uel sonus saltem uehemens • o por lo menos es un sonido enérgico* 120-160 FRONTO Ant Pium 2.16. hoc indicat loqui te quam eloqui malle, murmurare potius et friguttire quam clangere.

*et signum aliis actionibus iniandiis fuit • también fue utilizado como señal de inicio de otras actividades* 390-406 VULG Ex 19.13. cum coeperit clangere buccina, tunc ascendant in montem.

*semantizatum ad oratoris uocem acerbam Stentorisque similem pertinuit • se aplicó, ya semantizado, a la voz, desagradable y estentórea, de un orador* 430 MART CAP 2.122. Ac sic Clio: «Tu quae rhetorico clangere syrmate».

GRAM cum acc. adu. coniunctum 80 VAL FL 3.349. inhorruit aether luctificum clangente tuba.

**a2** CHRIS *ad prophetarum uaticinia de apocalypsi referentia pertinuit, quorum uox tubam admonebat • fue aplicado a los apocalípticos avisos de los profetas, cuya voz se identifica con la trompeta* [DOM tuba, buccina] 370-420 HIER Epist 3.77.4. «Exsurge, exsurge Ierusalem» ... et multa alia, quae prophetarum clangunt tubae. In Apocalypsi Ioannis, septem describuntur Angeli cum tubis, et unoquoque clangente.

*seu ad Iudaeorum clamores qui deo suo in discriminibus clamabant • o a las llamadas de ayuda de los judíos a su dios en momentos de apuro • or to the cries for help of the Jews to their god in times of distress* 390-406 VULG Num 10.9. Si exieritis ad bellum de terra uestra contra hostes qui dimicant aduersum uos, clangetis ululantibus tubis, et erit recordatio uestri coram Domino Deo uestro, ut eruamini de manibus inimicorum.

*item quasi conuentus signum inuenitur • también se encuentra utilizado como señal de reunión* 390-406 VULG Is 27.13. in die illa clangetur in tuba magna et uenient qui perditii fuerant de terra Assyriorum et qui eiecti erant in terra Aegypti. Num 10.4. Si semel clangueris, uenient ad te principes et capita multitudinis Israël.

*cum sacerdotibus coniunctum est, qui tubas Salomonis templo sonabant • estuvo relacionado con los sacerdotes que tocaban trompetas en el templo de Salomón* 390-406 VULG Chro I 15.24. sacerdotes clangebant tubis coram arca Dei.

*item cum laetitia et animi ardore • y con los momentos de alegría y exaltación* 390-406 VULG Chro II 29.27. cum ... offerrentur holocausta coeperunt laudes canere Domino et clangere tubis atque in diuersis organis quae Dauid rex Israhel reppererat concrepare.

*commemorationibusque • o conmemoraciones* 390-406 VULG Leu 23.24. Mense septimo, prima die mensis, erit uobis sabbatum, memoriale, clangentibus tubis, et uocabitur sanctum. Leu 25.9. clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore, in uniuersa terra uestra. Par 23.13. omnemque populum terrae gaudentem atque clangentem tubis. 𐌺𐌹𐍄 ISID Orig 3.21.3. fuerat Iudaeis ut in initio nouae lunae tuba clangerent, quod etiam et hucusque faciunt. ISID Nat 6.4. Annus iubilaeus est remissionis, qui ... XLIX annis textitur, in quo iuxta legem clangebantur tubae, et ad omnes reuertebatur antiqua possessio.

*clarus inter Iudaeos Hiericuntis obsidio, cuius muri per tubarum sonum corruerunt • fue famoso el sitio de Jericó, que al son de las trompetas vio derrumbarse sus muros* 390-406 VULG Ios 6.4. septiesque circuibitis ciuitatem, et sacerdotes clangent buccinis. Cumque insonuerit uox tubae longior atque concisior, et in auribus uestris increpuerit, conclamabit omnis populus uociferatione maxima et muri funditus corruent ciuitatis ingredienturque singuli per locum contra quem steterint. Ios 6.20. omni populo uociferante, et clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis uox sonitusque increpuit, muri illico corruerunt.

**b1** *edere uoces aliquae aues, inter quas, si non coruus, certe pavo inuenitur • chillar o gritar algunas aves, entre las que quizás no se encontrara el cuervo, pero sí gluglutear o titar el pavo* [TROP edere uoces aues SIM paupulare] 125 APUL Socr 110. coruus ... dum uult clarissime clangere. 390 AMM 28.4.34. nidoris indagine acutisque uocibus feminarum, a galliciniis ipsis in modum pauonum ieiuinitate clangentium. 405 PRUD Perist 5.401. dirarum famis aut bestiarium aut alitum si qua clangens inprobe circumularat eminus, trucis uolucris inpetu depulsa uertebat fugam.

**b2** *siue butire aquila • o gritar el águila* [TROP edere uoces aues HYP butire] 121 SUET Prata 161. aquilarum est clangere. 𐌺𐌹𐍄 ANTH 762.27. clangunt aquilae.

**b3** *siue crotolare ciconia • o crotorar la cigüeña • or croak the stork* [TROP edere uoces aues SIM ↗crotolare<sup>b</sup>] 𐌺𐌹𐍄 ISID Orig 20.15.3. Telonem Hispani ciconiam dicunt, propter quod imitetur eiusdem nominis auem, leuantes aqua ac deponentes rostrum, dum clangit.

*loc. uerb. intr.* **classicum clangere.** **a** *classicum sonare ut proelium ineas • tocar la trompeta que llama al combate* [TROP canere<sup>c</sup> SIM ↗bellicum canere<sup>a</sup>] 348-405 PRUD Cath 5.48. inuido feruens felle iubet praeualidam manum in bellum rapidis ire cohortibus ferratasque acies clangere classicum.

**b** *bellum nuntiare • anunciar la guerra* [TROP canere<sup>c</sup> SIM ↗bellicum canere<sup>b</sup>] 400-430 SEDUL Carm pasch 5.354. Quaenam bella tibi clanget tuba, rege perempto?